


**Ordinarivs Idemqve Procancellarivs Senior Et Reliqvi Assessores Facvltatis
Ivridicae Lipsiensis Svmmos In Ivre Honores Cvm Spe Svo Tempore Locvm In
Collegio Obtinendi Praeclarissimo Candidato Io. Avgvst. Gerstaeckero
Pegaviensi Ivris Vtrivsqve Baccalavreo Et Cavsarvm Patrono D. XXV. Novembr.
A. C. MDCCXCVI. Collatos Indicvnt : Insvnt Responsor. Iv. LXV. LXVI. et LXVII.**

Lipsiae: Ex Officina Richterica, 1796


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1782421998>


Druck Freier  Zugang





N. N. - 2 (38.)





ORDINARIVS

IDEMQVE

PROCANCELLARIVS

SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES

FACVLTATIS IVRIDICAE

LIPSIENSIS

SVMMOS IN IVRE HONORES

C V M S P E

SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIO

OBTINENDI

PRAECLARISSIMO CANDIDATO

IO. AVGVST. GERSTAECKERO

PEGAVIENSI

IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREO

ET CAVSARVM PATRONO

D. XXV. NOVEMBR. A. C. MDCCXCVI

COLLATOS INDICVNT

INSVNT

Responfor. Iur. LXV. LXVI. et LXVII.

Handwritten scribbles

OTIDIYANIVS

IDENTIT

PROCANCELLARIUS

SENIOR ET BELIOVI ASSessor

TACTIVITAS JURIDICAE

ITENSIS

SYMPOS IN IVRE HONORIS

C V M S P E

SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIUM

OFFICII

PRAECLARISSIMO CANDIDATO

IO. AVGVST. GERSTAECKERO

PRAECLARISSIMO

ET CAESARVM PATRONO

ET CAESARVM PATRONO

D. XXV. NOVEMBR. A. C. MDCCXCVI

GERSTAECKERO

Responfor. Im. LXN. LXVI. et LXVII

RESPONS. LXV.

*Prohibitio, ne usurae sortem superent, usuras morae ex
tempore litis motae computandas non excludit.*

Legum sanctionem, ne usurae sortis quantitatem excedant, aequam an iniquam potius ac cerebrinam ducam, vix mihi constat. Secundum ea quidem, quae in Decreto Gratiani Causa XIV. a Quaest. III ad Vitam usque ex patrum scriptis, decretis conciliorum, et pontificum epistolis congesta reperiuntur, usurarum stipulatione et acceptance vix turpius quicquam, cogitandum esset. Verum enimvero ii omnes verbis Psalmistae et Saluatoris nostri inhaeserunt, de mente auctoris, quae sanae rationis adjuvamento neminem facile praeterire potest, parum solliciti. Res eo redit, ut inter imperfectas et perfectas obligationes, et, has quod attinet, inter modum et excessum distinguamus. Generosius agere, qui gratis, quam qui interueniente pretio suae rei usum alteri concedit, largimur omnes. Qui vero ob mercedem ab inquilino vel tabernario acceptam aedium dominum reprehendat, scio neminem. Sacrae pandectae in eo occupatae, ut hominem non solum iustum,

sed vt aequum etiam, purum, bonum, liberalem, verbo, diuinæ sanctitatis imitorem efficiant, summae virtutis exemplar exponunt, ad quod assequendum certissima spe diuinæ remunerationis, aeternaeque ac plenissimæ felicitatis, facta, homines euocant, non, vt eo perducant, excommunicationis terrorem iniiciunt. Humanarum legum compages pacem in ciuili societate tuetur, adeoque, vt suum cuique tribuatur, iubet, liberalitatem tantum passim suadet, et pro re nata praesumit, solos parentes liberorum causa, ac vniuersitates, ne egeni fame pereant, ad eam quodammodo obligat.

Iustitiae igitur hoc vnum est, cauere, ne foenerandi libido reipublicae perniciosa fiat. Vt ne Christiana quidem religione vsuras omnino reprobare largiar. Hortatur diuites, vt, qua sibi non opus sit, pecunia mutuo gratis data pauperes iuuent, qua se exhibere et producere valeant, foenerandique prurium, non vsuras reprobat. Si pro vsu praediorum aliarumque rerum, vel operarum, mercedem aliamue remunerationem petere licet, eandem pro pecuniae vsu sana ratio probat. Modo idonea sit, vsuique accommodata. Et, quae rationi conueniunt, Deo displicere non possunt. Qui dynastae, vel mercatori, largam ex fructibus, et mercibus messem capientibus pecuniam gratis dederit, stupidum verius, quam generosum dixeris. Accedit, non exiguum esse eorum in ciuitate numerum

merum, quibus usurae ex modica sorte provenientes vix ad vitam aegre transigendam necessarias ferunt suppetias. Sinistra igitur et plane absfona sacri codicis interpretatio omnimodam iuri pontificio intulit usurarum prohibitionem, profecto iniquissimam. Quae dum reipublicae vere noxia apparuerat; annuorum redituum emtionem peperit; ex antiquitatis obsoletae instrumentis cognitam, eandemque foecundam litium etiam num genitricem. Lactamur, aequitatem legibus, quibus hodie utimur, restitutam, quae dum usuris modum constituunt, pariter iustum pecuniae numeratae usum permittunt, pariterque, ne foenoris prauitate pauperes ad famem redigantur, prospiciunt. Ut tantum amicam legibus simplicitatem in quibusdam constitutionibus, quae pertinent ad rem praesentem, desiderandam putem.

Huc imprimis refero anatocismum, et, ne usurae sortem quantitate superent, prohibitionem. Siquidem lubens fateor, speciem aequitatis me inuenire non posse, quae usuras a debitore acceptas tanquam nouam sortem eidem sub lege foenoris mutuare sinat, idemque in usuris, quarum dies venerit, non solutis stipulari vetet. Quam sanctionem, quo facilius eludi potest, adeoque grauiorem debitori, quam creditori molestiam affert, eo minus probabilem, et sapientiae in legibus romanis tantopere conspicuae consentaneam duco. Sed hanc, quum non de constituendo, de constituto potius iure dicendum sit, mitto.

Alterum

Alterum caput, prohibitio videlicet, ne usurae fortem quantitate superent, non solum rationi, sed commodo etiam debitoris magis aduersatur. Usurae etymologice et analogice sunt remuneratio usus alienae pecuniae. Quis enim non stolidus mutuam sumat pecuniam, qua non indigeat. Aequitati igitur et rationi repugnat, usuram prius finire, quam usum. Transitus domini in debitorem pecuniae mutuatae rem non mutat. Quia non datur donandi animo, ut eius omnino sit, sed, ut, elapso tempore in genere restituatur. Inest igitur res in genere aliena in patrimonio debitoris, eandemque ob causam in eius rem versa esse, donec redditur, iure intelligenda est. Quam ob rem, quo ipso promissam usuram soluere desinit, ex damno creditoris fit locupletior. Sed in ipsius etiam debitoris incommodum vergit illa usurarum circumscriptio, quoniam creditorem ad condicendum, ne pecunia otiosa fiat, inuitat.

Rigorem itaque in digestorum iure *l. 26. princ.* et *§. 1. d. condict. indeb.* obuium, qui nec promittere ultra duplum usuras, nec promissas petere, quin solutas repetere patiebatur, iustissime ANTONIN. Imperator in *l. 10. C. d. usur.* temperauit, et ad usuras residuas restrinxit, dum constituit, *usuras per tempora solutas reo non proficere ad dupli computationem, tum vero ultra sortis summam usuras non exigi, quoties tempore solutionis summa usurarum illam computationem excedat.* Quae distinctio, dum
quodam-

quodammodo praescriptionem in poenam negligentiae a creditore commissae continet, ad iuris rationem propius accedit. Eandemque Serenissimus Saxoniae Electoralis Lator *Decif. XXIX.* suam fecit, et vsurarum cursum quamdiu debitor forte vitur, probauit, si neque in exigendo negligentia, neque in recipiendo mora creditori obuerti possit.

Quae quoniam est conditio vsurarum ex conuentione debitarum, quoniam negligentia creditoris, ex quo iudicis auxilium implorat, exit, quoniam interpellatio iudicialis debitorem, modo dies venit, in moram constituit, quoniam denique nostro iure in mutuo vsurae ex mora debentur, cuius rei rationem BERGER. in *Oecon. Iur. Lib. III. Tit. VIII. §. IX. not. 5.* exhibet, vsusque quotidianus confirmat, ex his omnibus, si quid video, consequitur, obligationem vsurarum ex promissione natam, eandemque, quum ex negligentia creditoris in exigendo ad duplum fortis excreuerint, extinctam, ex tempore institutae actionis ob debitoris moram reuiuiscere. Hoc iure utimur. Quod confirmat sententia ad petitionem Praefecti Tennstadiensis Mens. Septbr. h. a. in causa W. contra W. lata, his quidem verbis concepta:

Würde Klin vermittelt Eydes erhalten, und, daß, wie sie nicht anders wisse, glaube, und dafür halte, die Zinsen von denen klagbar gemachten 750 rhlrn bis zum 28sten Mertz 1761 für Rechnung ihres für todt geachteten

Bru-

Bruders und Erblassers J. C. L. bezahlet worden seyn, in supplementum schwöhren, so hat sie das ihr zu erwiesen auferlegte zur Gnüge erwiesen, und sind solchenfalls Bekl. den Werth nurgedachter Summe wovon etc. bestanden, in Conventions - Gelde nach eines verpflichteten Sensals Ermessen, nebst einem ebenmäßigen quanto an verfallenen, und denen vom Hauptstamme von Zeit der erhobenen Klage fer- nerweit aufgelauffenen Verzugs - Zinsen derselben zu bezah- len schuldig. Subiectis, ad rem praesentem quod attinet, rationibus; Diweil verschriebene und im Rückstande ge- lassene Zinnsen, wenn deshalb nicht geklaget worden, den Be- trag des Hauptstamms denen Rechten nach nicht übersteigen. Welches jedoch keinesweges hindert, daß nicht von Zeit der erhobenen Klage, jemebr diese an sich den Schuldner in ma- lam fidem setzet, und mit selbiger Seiten des Gläubigers der Vorwurf der Nachlässigkeit sich endiget, Verzugs-Zinn- sen eintreten sollten, so ist etc.

RESPONS. LXVI.

Vsurae ex mora, quarum in concursu creditorum fit men- tio, ex quo tempore debeantur.

Omnibus sententiis designatoriis adiunctam legimus hanc formulam: Wenn nun nach aller vorstehender Posten - Bezahlung von des Schuldners Vermögen annoch etwas übrig, so werden auch die versprochenen und aus dem Ver-
zuge

zuge erwachsenen Zinnsen pro rata billig abgeführt. Vt
 usurarum, quae dimissis, ad sortem quod attinet, credi-
 toribus omnibus, debentur, in hoc iudicio vniuersali ra-
 tio haberi possit, id quidem perquam raro euenit. Eue-
 nire tamen posse, exemplum docet his diebus a Praese-
 cto Dresdano ex concursu creditorum ante hos quinquaginta
 annos orti, oblatum. Omnibus obligationibus quo-
 ad sortes extinctis, supererat creditoris dudum defuncti
 haeredis haeres, isque usuras ex mora creditori adscriptas
 petebat. Nec erat inter eum et curatorem litis ipsius rei
 causa disputatio. Super termino a quo solum disputa-
 batur. Creditor eas ex morte debitoris petebat, curator
 litis contra, ex quo vires rei iudicatae sententia locatoria
 nacta fuerit, demum deberi contendebat.

Debitum partim in mercede pro famulatio, partim in
 pecunia pro debitore et in eius utilitatem expensa, consi-
 stebat. Quae, quum multis a morte retro annis maximam
 partem peti potuissent, mora certe ex morte debitoris non
 sine veritatis specie aestimanda, adeoque creditoris peti-
 tioni subscribendum esse, videbatur. Curator litis vero
 ob non expessum terminum a quo, et rei fauorem, existi-
 mabat minimum esse eligendum. Sed apparebat, calcu-
 lum neutri adiiciendum esse. Nimirum scimus, iuris in-
 tellectu moram contrahi vel delicto, quis enim dubitave-
 rit furem ipso furto in mora constitui; Vel aequitate, ne
 quis re et pretio simul vtatur, et cum damno creditoris lo-
 cuple-

B

cupletior fiat, quod potissimum in emtorem cadit; Vel solutionis certo tempore praestandae promissione, tum enim dies pro homine interpellare censetur; Vel denique interpellatione creditoris ipsa. Ut adeo non semper, ex quo creditor petere valet, ex eodem simul temporis momento debitorem morosum habere liceat.

Qua occasione non possum non errorem aduocatorum notare saepius obuium, in quem eos §. 6. Append. O. P. S. R. induxit, ut sibi persuadeant, quoniam praeterlapso anno creditori conuentio patet, etiamsi ferius suum perat, ex anni post contractum debitum praeterlapso usuras morae deberi. Quod propterea falsum est, quoniam, quod monui, in regula non ius agendi, sed ipsa demum actio, iuris intellectu debitorem in mora constituit. Et eiusmodi errores clientibus hoc damni inferunt, ut expensarum processus compensationi locum faciant.

Ut vero ad nostram causam redeam, quum ex ea praeter interpellationem nulla morae causa legitima apparuisset, ex termino liquidationis usuras morae intelligendas esse his quidem verbis iudicauimus:

Auf Vorbringen und erfolgte Gesetze in G. L. v. H. Schuld- und Prioritaet-Sachen J. S. H. und Conf. Klerer an einem, des verordneten Curatoris litis Beklts an andern Theile etc. Erachten etc. Daß die Verzugs-Zinnsen vom 11ten May 1757 an in Ansatz zu bringen, und derer Klerer auf ein mehreres gerichtetes Suchen nicht statt hat V. R. W.

Iunctis

Inunctis ratt. Diemeil, wenn schon Bekkens Verlangen, Die Zinnsen aller erst von der Rechts-Kraft des Locations-Urthels in Ansatz zu bringen, nicht leyzuppflichten, angesehen diese einem jeden Gläubiger, wenn ihm auch solcke nicht zugesprochen worden, gebühren, Klren aber die Verzugs-Zinnsen ausdrücklich zuerkannt worden; Eben so wenig aber auch Klrer Gesuche statt gegeben werden mögen, da, wenn schon der Anspruch Theils in Liedlohne, Theils in Vorschüssen und Auslagen bestanden, und deswegen, daß er längst vor entstandenen Concurse eingeklaget werden können, keinem Zweifel unterworfen, gleichwohl in Ermüdung gezogen werden muß, daß nicht wegen aller Anfordrung der Schuldner sofort mit dem Augenblicke, da der Anspruch statt gefunden, für säumig in Rechten geachtet wird, sondern, daß der Grund des Säumnisses entweder ein bey gewissen Verbindlichkeiten vorhandenes Gesetz; Oder ein vorgängiges Versprechen zu einer gewissen Zeit Zahlung zu leisten, welchen Falls das bekannte brocardicum dies interpellat pro homine eintritt; Oder endlich die der Anfordrung halber erhobene Klage ist; Welchemnach, da die beyden ersteren Gründe allhier ermangeln, nur allererst mit dem im Liquidations-Termine angebrachten Gesuche, als welches im Concurse-Prozesse die Stelle der Klage vertritt, der rechtliche Verzug für eingetreten geachtet werden mögen, so ist etc.

RESPONS. LXVII.

Qui ius euicit, damnorum ex neglectu debitoris natorum praestationem post probationem demum recte petit.

Equestris praedii dominus subditos, vt operas ad restituendam domum ruinosam necessarias praestarent, euocauerat. Quas quum hi negassent, causam interferentes, domum illam equestri praedio non cohaerere, *das Haus sey außserhalb der Hofraithe gelegen*, instrumenta vero a domino exhibita eius petitionem sustinere visa essent, finita mutua disceptatione, sententia ferebatur, *daß Bekhte die verlangten Dienste zu leisten und Kln die verursachten Unkosten zu erstatten schuldig, sie könnten und wollten denn, mit Vorbehalt Kls Gegen-Beweises, beyder Theile Eydes Antrags, und anderer rechtlichen Befugnisse, die vorgeschützte Befreyung in Sächsischer Frist erweisen.*

Haec sententia neutri partium ex asse placebat. Subditi ad fauorem libertatis naturalis prouocantes, probandi onus ad actorem iustius pertinere, sinistre propugnabant, quoniam pacta probandi necessitatem eximebant. Haec mitto. Dominus contra omiffam damnorum restitutionem reprehendebat. Ob imminentem enim domus ruinam, quum debitas rustici operas detrectassent, alios dominus mercede conduxerat, quam sibi restitui postulabat. Illi contra, hanc nouam petitionem libelli limites egredi, adeoque in hac lite locum inuenire non posse, excipiebant. Ex

nostra

nostra sententia minus recte. Videlicet praestatio operarum alteri debitarum est obligatio principalis. Quod ne romano quidem iure, etsi ad faciendum obligatus, quanti interest solutione, se liberat, l. 72. d. V. O. dubium duco, nostro plane expeditum. Quia debitor ex §. 2. Tit. XXXIX. O. R. P. S. praeceptis poenalibus ad faciendum, quod debet, compellitur.

Huic igitur si strictim creditor inhaeret obligationi, nulla dum damni refundendi mentione facta, inculpam nequit, quia nescit, iudicis praecepto obtemperaturus, an in recusando debitor perseveraturus sit. Hoc demum facto, decisaque iuris quaestione, nascitur obligatio, damni, quod ex commissa mora euenit, resarciendi. Quam ob rem, causa post intepositam leutationem ad nos delata, priorem sententiam corrigere non dubitauimus, his quidem verbis: *Dasß es beiderseits eingewannter Leuterungen ungeachtet bey dem am 15. Janr 1796. eröffneten Fol. 65. sq. befindlichem Urthel billig bleibt, jedoch, was Kls Leuterung betrifft, mit dieser Erklärung, daß Beklte, wenn sie den ihnen nachgelassenen Beweis zu führen nicht vermögen, die durch ihre Verweigerung verursachten erweislichen Schäden Kln zu erstatten schuldig. additis ratt. Die weil die aus einer verweigerten Verbindlichkeit erwachsenen Schäden nicht eher, als wenn die Verbindlichkeit in Gewißheit beruhet, gefordert werden mögen, eben desßwegen aber auch dem Kl., wenn er Anfangs nur auf seinem Rechte bestanden,*

standen, nichts zur Last zu legen, noch, daß das Gesuch derer verursachten Schäden, da es eine Folge der verweiger- ten Schuldigkeit ist, das Petuum libelli überschreite, zu behaupten, so ist etc.

His me continere debeo, ne videar molestus esse velle meditationibus meis, qui haec scribendi opportunitatem praebet, ornatissimo Viro

IOANNI AVGVSTO GERSTAECKERO

de se suisque rebus sic differenti:

Pegaviae natus sum d. IX. Dec. anno huius seculi septuagesimo primo, parentibus per totam vitam summa reuerentia colendis, et patre quidem, Ioanne Augusto, iuris vtriusque Doctore, olim praefecturae Pegaviensis actuario, nunc inde ab anno h. f. septuagesimo secundo El. Sax. praefecto Zwickauensi et Werdauensi; matre vero Sophia Dorothea, cuius pater Christianus Fridericus Schilling, tributorum publicorum in praefectura Pegaviensi redactor, dudum obiit, mater Sophia Dorothea, tranquillam et honestam senectutem Pegaviae agit.

Primam

Primum aetatem praecipue saluberrimis atque ex-
 imio suo exemplo ad officium parentes ipsi institue-
 runt diligentissime. Post, praceptoribus domesticis
 usus, traditus tandem sum disciplinae Zeizeri, aedis
 S. Mauritii ad Zwickauiam antistitis, cuius memoriam
 ob insignia de studiis meis merita nullum delere pote-
 rit tempus. Annum agens decimum quartum, con-
 tigit, ut, concesso mihi beneuole a senatu Werdauensi
 loco, schola prouincialis apud Grimam sita me exci-
 peret, ubi Mueckii, Hofmanni, Reichardi, Hoch-
 muthii et Richteri, quippe paucis ab hinc mensibus
 defuncti, commissus fidei, per quinquennium cum
 dimidio literis operam dedi. Quorum omnium men-
 tem paternam et summam de me excolendo curam
 omni vitae tempore pie recordabor.

Decurso prospere hoc stadio, anno h. s. nonage-
 simo Lipsiam concessi, ibique ab. Gehlero, tum tem-
 poris Academiae Rectore ciuium numero adscriptus,
 in quem iam antea a Viro Magnifico D. Burschero,
 cui plurima debeo, receptus fueram, adii scholas
 philosophicas Caesaris, historicas Hilfscheri; ius na-
 turae et gentium Sammetus, ius publicum vniuersale
 Tillingius me docuerunt; Hauboldo ius Romanum,
 Germanicum, et Saxonicum explicanti adfedi; in iure
 Canonico a Fleckio, in Feudali et ordine iudiciorum
 a Bie-

a Bienero institutus sum; eius criminale Brehmius, artem denique referendi Einertus et Iunghansius mihi tradidere. Quorum omnium ac singulorum nomina uti gratissima mente semper venerabor, ita praesertim Viros Illustres Iunghansium et Hauboldum, ob singularem, qua me exornarunt, beneuolentiam, summa pietate colam.

Anno h. s. nonagesimo quinto dissertationem scripsi *de iure iuvando calumniae*, et eaque Praeside Ill. Iunghansio a contradictorum obiectionibus vindicata, haud ita multo post examen, quod vocant pro candidatura ad facultatem, sustinui. Quo facto, tabellionis munere a senatu ciuitatis Lipsiensis grauissimo et in primis a Viro Magnifico Hermanno, Consule tunc temporis regente, munificentissime exornatus, ac Sereniss. Principis El. Sax. auctoritate confirmatus, specimina, quae dicunt, pro praxi iuridica composui, iisque a summo Regimine comprobatis, scholas, ubi iura docerem, aperui, nuperque, examine pro licentia exantlato, causas in foro orandi venia Principis indulgentia praeditus sum.

Per totum vero, quo Lipsiae commemoratus sum, tempus, multorum mihi contigit et beneficentia et favor, a quibus humanissime adiutus, eo diligentius potui

tui

17
tui literis studere, quo magis eram vacutus a vitam sustentandi curis. Nam stipendio Electorali per quadriennium usus, non possum non praesertim commemorare Virum Magnificum, Muellerum, I. V. D. Intimum in rebus bellicis Consiliarium, et Consulem civitatis huius longe meritissimum ac celeberrimum. Hic enim patrocínio suo ac benevolentia adeo me exornavit egregie, et fortunae meae consuluit, ut non possem a me impetrare, quin maximas ei publice agam gratias. Nec omittenda est summe veneranda matrona Euphrosine Elisabetha Fritzschia, Augusti Beniamin, mercatoris Lipsiensis vidua, cuius summam, quam mihi significavit, benignitatem nullo tempore ex memoria evanescere patiar.

Postquam itaque vir doctissimus non solum his, quorum in vitae suae decursu mentionem fecit, speciminibus, sed etiam praeterea consuetis, quae pro Candidatura Licentia et Gradu audiunt, Praelectionibus in auditorio nostro gloriose defunctus, Dissertationemque a semet ipso conscriptam; DE IUDICIALI EAQUE VOLUNTARIA NOMINIS DEPOSITIONE d. XVII. Nov. ibidem horis solennibus tuitus est, voti compotem facere, eique bene merentissimos in utroque Iure honores tribuere non dubitavimus. Quae omnia rite et more maiorum peracta esse,

C

his



his litteris adiectaque tabula significamus. Scribetur Lipsi.

Domin. I. Advent. A. C. MDCXCVI.

stantandi curis. Nam si postquam non praeterit commemo-
riam vltis, non postquam non praeterit commemo-
rare. Virtum Magnificam, Michielius A. V. D. Ind.

rum in rebus bellicis Consultarium, et Consulem civi-

LIPSIAE

EX OFFICINA RICHTERIA


tatis huius longe memoriam et celeberrimum. Hic
enim praeteritum hoc sic benevolentiam ab eo exornat
vitae egregiae, et fortunae meae consuluit, ut non pos-
sum a me impetrare, quin maximas ei publice agam
gratias. Nec omittenda est summa veneranda matro-

na Euphrosina Elisabetha, Augusti Benis-
miae mercatoris Lipsiensis, cuius summam quam
mihi significavit, et quae meo tempore ex me-



Postquam itaque non solum his quo-
rum in vitae suae decessu, sed etiam praeterit consuetis, quae pro Candidatis Li-
centiae et Gradus audiunt. Praelectionibus in auditorio no-
stro gloriose delinunt. Dissertationesque a semet ipso
conscriptas; De Iudicium EAGAE VOLUNTARIA NO-
MINIS DEPOSITIONE d. XVII. Nov. iidem horis solenni-
bus factus est, non compositionem facere, eique bene merenti-
tissimos in vltimo huius honores tribuere non dabuntur.
Quae omnia tunc et more maiorum petata esse
his

C





his litteris adiectaque tabula significamus. Scribetur Lipsiensi
min. I. Advent. A. C. MDCXCVI.

... non postquam non praeteritum communi
... Virtum Magnificam, Mathematicam, et
... in rebus bellicis Consilium, et
... tatis huius longe memoriam et celeberrimam
... enim partem hanc ad benevolentiam et
... vir egregio, et fortunae meae communi
... am a me impetrare, quin maximam
... gratias. Nec omittenda est huiusmodi
... na Euphoniae Illustri
... mia mercatoris Lipsiensis
... mihi significavit
... totis euanescere



LIPSIAE
OFFICINA RICHTERIA

Postquam
... in vita
... sed eiam
... centum
... stio
... IUDICIAI EAQUE VOLUNTARIA NO
... tione d. XVII. Nov. iidem horis solemn
... if, vos componere facere, eique bene merenti
... in vobis hunc honorem tribuere non dabunt
... Quae omnia rite et more maiorum petenda esse
his

